


... Commentatio Anti-Rabbinica In Psalm. XCV. De Messia Domino Deo Nostro, In Deserto Ab Israelitis Tentato

Gryphiswaldiæ: Ex Officina Caroli Höpfneri, [1736]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1857862856>


Druck Freier  Zugang







9 - A. B.
48.6.8.


Fa - 1092 (9.)







PHYSIOLOGIA
HUMANI



עֲמוֹ עֵשׂוֹן
 מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחַ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ
 אֲשֶׁר נָסוּ יִשְׂרָאֵל בְּמִדְבָּר:

f.
 COMMENTATIO ANTI-RABBINICA
 IN PSALM. XCV.

DE

MESSIA DOMINO DEO
 NOSTRO,
 IN DESERTO AB ISRAELITIS
 TENTATO,

QUAM
 CONSENTIENTE AMPLISS. FACULTATE
 PHILOSOPHICA

PRÆSIDE

NICOLAO KÖPPEN,

S. S. THEOL. DOCT. ET LINGV. ORIENT. PROFES-
 SORE ORD.

PUBLICÈ DEFENDET

ANNO MDCCXXXVI. DIE MART.

GEORGIUS SALCHOW,

CASNEVITZ. RVG.

S. S. THEOL. STUDIOSVS.

HORA LOCOQUE CONSVETIS.

GRYPHISWALDIÆ,
 EX OFFICINA CAROLI HÖPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR.



§. I.



IN Psalmo nonagesimo quinto non unus est, qui loquitur. In prima enim parte loquuntur, qui *Jehovam* Deum suum agnoscunt i. e. populus fidelis *s. Ecclesia*: at in posteriore in prima persona loquitur is, quem *Israëlitæ* in deserto tentarunt, inde à *v. 8.* vel certe *v. 9.* Priusquidem præferendum videtur ob arctam utriusque versus cohærentiam. Sed non minus *v. 7.* & *v. 8.* arcta est cohærentia, quam etiam sequitur *Apostolus* in *Epistola ad Hebræos*. Partitio tamen commodissime fieri potest secundum adhortationem & dehorationem. Habetur enim 1. *Ecclesiæ* s. fidelium adhortatio mutua 1.) ad Dei *Messæ* laudem & celebrationem, *v. 1. 2.* argumento ducto à Regis *Messæ* majestate, *v. 3.* operibus potentæ in regno naturæ ubique demonstrata, *v. 4. 5.* 2) ad ejusdem cultum publicum & specialem, *v. 6.* argumento petito à regno gratiæ, quo populum sibi electum regit *v. 7.* 2. Ejusdem ecclesiæ dehortatio ab inobedientia & induratione, exemplo proposito *Patrum* infausto, *v. 8. 9.* quam dehortationem ipse *Messias* continuat & prosequitur, eventum, quem inobedientia & contumacia populi olim habuit, demonstrans tum à suo

fuo tædio & averfatione, per 40. annos continuos demonftrato, v. 10. tum à juramento fuo five comminatione juratoria, æternæ quietis communionẽ rebelles caritu- ros, fignificante, v. 11.

§. II.

Singularis eft & manifefta, ut negari nequeat, *subita perfona mutatio*, qua, poftquam Ecclefia ad laudem & cultum Dei fe excitaverat, ille ipfe, quem Patres quondam in deferto tentaverant, v. 9. fqq. loquens introducitur; *ubi tentarunt me Patres veftri; probaverunt me, etiam viderunt opus meum. Quadraginta annos fastidivi generationem, & dixi; populus errantium corde ipfi funt & non cognoverunt vias meas. Qui juravi in ira mea; fi venient ad quietem meam.* Quæ verba tam manifefta funt, ipfius Dei efle, ut nec Judæi negare poffint. Et fane Ex. XVII. 7. diferte *Jehovam tentaffe* dicuntur, dicendo; *eft ne Dominus inter nos, nec ne?* iterumque Num. XIV. 22. fqq. *vel decies Jehovam tentaffe* dicuntur, hicque *juraffe, ad quietem fuam non perventuros.* Sed & MESSIÆ efle, fateantur necesse eft. Nam *idem eft, quem in deferto ad Massa tentarunt.* Ita enim in benedictione Moſis ultima tribus Levi legitur: *Thümmim & Vrim tuum eft viro ſancto tuo, quem tentafi in Massa, cum quo contendifi ad aquas Meriba, Deut. XXXIII. 8.* Judæi quidem virum illum ſanctum, quem hic tentaffe dicuntur, volunt efle Aaronem, qui in pectore ferebat Vrim & Thummim; & hæc aſſertio aliquam ſpeciem habet. Hinc & interpretes Chriftiani, noſtrates etiam, plerique incaute eos fequuntur. At enim vero rectius nobis per hunc *Virum ſanctum MESSIAS* Θεάνθρωπος, אֱלֹהִים יְהוָה, Gen. V. 1. intellegendus videtur. Hic enim eft, qui κατ' ἐξοχήν, ὁσίος, ſanctus dicitur; hic eft, quem ſolum, non Moſen & Aaronem, iſraëlitæ tentaffe dicuntur, Ex. XVII. 2. Num. XIV. 22. & cum quo ad aquas Meriba contenderunt. Nec Ex. XVII. 3. contra Aaronem murmuraffe dicuntur, ſed contra Moſem, qui ex Ægypto illos eduxerat. Hujus quoque erat Vrim & Thummim, &

A 2

hic

Handwritten marginal notes on the right edge of the page, including numbers 2, 3, 39, 35, 4, 34, 3, 2/3, 32, 2, 3, 4, 2, 3, 26, 27, 27, 2.

hic sane, non Aaron, per hoc oraculum respondebat, licet Aaronis, ut ministri, & in pectore pectorale gestantis ministerium intercederet. Vt *Messias* dicitur *Deus magnus*, & *Rex magnus super omnes Deos*. v. 3. ita *Pf. XLVII. 3.* Nam *Dominus excelsus, venerabilis, Rex magnus super omnem terram.* & *Pf. XCVI. 4.* Nam *magnus est Dominus, & laudatus valde, venerabilis ipse super omnes Deos.*

§. III.

Sed de *MESSIA JEHOVA*, viro in *Massa & Meriba* tentato, qui rebellibus *Israëlitis*, *quadraginta annos* in deserto *fastiditis & oberrantibus*, *ingressum in terram promissam* interclusit iratus, et si *Angelus ductor populi* erat. *Ex. XXIII. 20. 21.* & eorum similibus, *quietem eternam denegat*, ut eo minus dubitemus, *allegatio facit Pauli*, qui in *Epistola ad Hebræos* hunc inprimis *Psalum primum tractationi suæ fundamentum subternit*, & deinceps per totam tractationem urget, in *adhortationibus suis*. Postquam enim *c. I. & II. divinam & humanam Messie naturam* satis demonstraverat, *c. III.* incipit *Judæos suos ad Messiam hunc recipiendum, & constanter fide tenendum, exhortari, tanquam Mose superiorem, & domus Dei s. Ecclesiæ non ministrum, sed Dominum & Filium.* Unde, *fratres sancti, vocationis celestis participes, considerate Apostolum & Pontificem professionis nostræ, Christum Jesum, fidelem ei, qui ipsum constituit, ut Moses fidelis fuit in tota domo ejus &c. v. 1. 2.* At *Christus, ut Filius, domui suæ præest: Cujus domus sumus nos, si modo fiduciam & spem illam, de qua gloriamur, ad finem usque firmam retinuerimus. v. 6.* Hujus enim *adhortationis fundamentum petit ex hoc Psalmo XC. 7. 8. sqq.* & ad sui ævi *Judæos conversos applicat: Quapropter, sicut dicit Spiritus ille sanctus, Hodie, si vocem ejus audiveritis, ne obdurate corda vestra, sicut in exacerbatione, in die tentationis illius in deserto; ubi tentaverunt me Patres vestri, probaverunt me, & viderunt opera mea per annos quadraginta. Qua propter insensus sui generationi isti,*

Et dixi; semper errant corde, neque cognoverunt vias meas. Itaque juravi in ira mea, si introibunt in quietem meam. Videte, fratres, ne quando sit in ullo vestro cor malum, non credens, desciendo à Deo vivo, sed exhortamini alii alios quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis e vobis induretur seductione peccati. Christi enim participes facti sumus, si principium fiducia firmum retinuerimus usque ad finem. Dum dicitur; hodie, si vocem ejus audieritis, ne obdurate corda vestra, ut in illa exacerbatione. Quidam enim, cum audissent, exacerbaverunt (Dominum); sed non omnes, qui exierant ex Aegypto per Moysen. Quibus, autem insensus fuit quadraginta annos? nonne iis, qui peccaverunt, quorum membra ceciderunt in deserto. Quibus autem juravit, non ingressuros esse in quietem suam, nisi iis, qui non obedierant? Et videmus non potuisse ingredi propter incredulitatem. Metuamus igitur, ne quando derelicta promissione introeundi in requiem ejus videatur aliquis ex vobis fuisse frustratus. Etenim nobis evangelizatum est, sicut et illis: at non profuit illis auditus sermo, ut qui fide contemperatus non fuit apud illos, qui audierant. Introimus enim in requiem nos, qui credidimus, sicut dixit: Itaque juravi in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam: quamvis operibus à jacto mundi fundamento factis. Ita enim dixit quodam in loco de septimo die: Et requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et hic rursus; si introibunt in requiem meam. Quia igitur reliquum est, ut aliqui introeant in eam, et quibus prius evangelizatum fuit, non introierunt propter contumaciam: rursus quendam presinit diem, hodie, per Davidem dicens tanto post tempore (prout dictum est) Hodie, si vocem ejus audieritis, ne obdurate corda vestra. Nam si Josua eos in requiem collocasset, nequaquam de alio posthac die locutus fuisset. Itaque reliquus est aliquis sabbatismus populo Dei. Nam qui ingressus est in requiem ipsius, requievit et ipse ab operibus suis, quemadmodum à suis Deus. Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis in idem incidat contumaciae exemplum. Hebr. III. v. 7. sqq. Hebr. IV. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Apostolus hunc Psalmum talem habuit, qui omnino de Messia ageret, &

3
29
3
39
35
4
34
3
23 32
2 3 4
2
3
26
29
27
2

cui contradici non possit. Hinc suæ ad Judæos adhortationi primo loco substravit, & quanta ejus sit amplitudo & profunditas sensus, multis demonstrat, ut Judæos à cogitatione terra Canaam abducatur, & animos spemque eorum ad sabbatismum Dei & æternam quietem, ejusque fructuositatem extollat. V. 8. 9. qui loqui incipit, non tantum Deum, sed & Christum esse, Apostolus diserte affirmat 1. Cor. X. 9. Neque tentemus Christum, sicut & quidam ipsorum tentarunt, & à serpentibus perierunt. coll. Num. XXI. 5. 6. Implicita allegatio est v. 1. ubi fideles Messiam dicunt אור ישענו, petram salutis nostræ, Matth. XVI. 18. ubi Messias ipse se prædicat petram, super qua Ecclesia ædificanda sit. Vt Ecclesia dicitur עמ מרעיתו, populus pascui sui, & צאן ירו, grex manus suæ. v. 7. ita & ipse fideles appellat suas oves, Job. X. ἰδὲ αἰγόβατα, v. 3. 4. 14. 15. 16. & passim. Admonitioni, אבן בקורו תשמעו, si vocem ejus audiveritis, v. 7. respondet character ovium Christi, τῆς Φωνῆς μὲν ἀκούσασθε, vocem meam audient. Job. X. 16. coll. 4. 5. 8.

§. IV.

Sed videndum, quæ Judæorum sint interpretationes. R. SALOMO pauca habet, & sparsim ad singulas dictiones. ותועפורה. Significat altitudinem, sicut avis volantis, ונברכה. In sign. & flectere fecit genua camelorum. (ויברך) Gen. XXIV. 11. היום, in seculo hoc, si voci meæ obtemperaveritis. PROBAYERUNT ME, frustra. ETIAM VIDERUNT OPVS MEVM. In Ægypto. QVADRAGINTA ANNOS FASTIDIVI ILLOS, contendi cum illis, in sign. l. fastidit anima mea vitam meam Job. X. 1. pugnavi cum illis quadraginta annos ad occidendum illos in deserto, quia dixi, ERRANTES CORDE SUNT. IN QUIETEM MEAM. In terram Israël & Hierosolymam, quam appellavi quietem, quod dicitur; hac est quies mea in æternum. Ps. CXXXII. 14.

§. V.

Aliquanto prolixior est ABENESRA: לכו נרננה. Ite ad

ad me, ut voc. סורו, sunt verba cantoris ad Israëlem. נקדמה, ut laudemus ipsum, & júbila nostra (conjuncta) erunt cum canticis. Nam hæc est laudatio & cantio, quod ipse est potens. **י. MAGNUS** & Rex super omnes angelos cæli. Nam ejus angeli sunt, & opera ejus faciunt. **אשר**, quoniam mentionem fecit exercitus cælorum, dicit, quod in potestate ejus sint inferiora terra, etiam montes alti super terra. ותועפות. Robur, & sunt qui dicunt, idem esse, quod **קרניים**, cornua. **אשר**. Mentionem facit in hoc pasuk maris & arida. Nam hæc sunt tanquam unus orbis creaturarum, secundum perfectam è physica demonstrationem. **VENITE**, quod meminit esse Regem, ideo nos obligamur ad adorandum ipsum. נברכה, ut ויברך על ברכיו, & flexit genua sua, 2. Chron. VI. 13. Et sensus, עשׂינו, quod fecit mare & aridam, & hæc sunt generalia, & ex his fecit individua. **כי**, אלהינו, à longinquo, aut אלהינו. respectu fidei ejus: **ET GREX MANUS EJUS**, resp. דָּם, manus ejus formarunt, v. 5. Et דָּם היום sensus cohæret, cum **באו**, venite, adoremus, si in animo vestro est obtemperare voci ejus, adorete ipsum hodie, si voci ejus obtemperaveritis, & hæc est vox Dei. **NE INDURETIS**. perplexi sunt interpretes. **SICUI IN DIE MASSA**. Mihi rectum videtur (dici) de adventu exploratorum. Et Meriba (pertinet) ad Num. XIV. 4. constituamus caput; & Massa, quod ibi scriptum est; & tentarunt me his decem vicibus, & non obtemperaverunt voci mei, Num. XIV. 22. **אשר**. Sensus est; quinam sine illi tentantes. Et sensus, **VIDERUNT OPUS MEUM**, quod mortui sunt omnes in deserto, sicut scriptum est postea. **QUADRAGINTA ANNOS FASTIDIVI** ut, ונקוטותי, & fastidieris, Ez. XX. 43. fastidivit anima mea vitam meam. Job. X. 1. Idem quod בעלרה. Nam non invenimus prophetiam Mosis intra quadraginta annos. Et sensus דָּם, **NON COGNOVERUNT VIAS MEAS**. Sicut dicit Mosès; & non dedit Dominus vobis cor ad sciendum. Deut. XXIX. 4. **אשר**, מנוחתי, ut sit iis quieta possessio, sec. modum; & gaudebitis in domo precationis meæ. Jes. LVI. 7.

s. VI.

3
29
3
39
35
5
34
7
3
23
32
2
3
4
2
3
26
29
27
2

§. VI.

KIMCHI Psalmum ad tempora Messie refert, quem sequitur R. SALOMO B. M. ITE EXSULTEMUS DOMINO, JUBILEMUS PETRO SALUTIS NOSTRÆ. Ita dicent Israëlitæ in diebus Messie, alter ad alterum, ut jubilent Deo, qui servavit ipsos. Et jam explicuimus, לכו, idem esse, quod queso, ut Eccl. II. 1. Gen. XIX. 32. Jer. XVIII. 18. נקדמה. Habet sensum preparationis; præveniamus celebratione, celebratione labiorum, ut laudemus eius beneficia, quæ exhibuit nobis. NAM DEUS MAGNUS. Hoc dicetur tunc. Nam tunc non inveniatur apostata ut hoc tempore sunt apostata, sive quod negent eius potentiam, sive, quod providentiam. Tunc autem in diebus Messie notum & exploratum erit omnibus, quod ipse sit summe potens, & Rex magnus super omnes Deos. Et hi sunt exercitus cælorum, qui sunt Dii & judices in terra. Et tunc agnoscent, quod ipse sit Rex super illos, & quod nil facient, nisi ab eo missi. IN CUJUS MANU SUNT מַחְקְרֵי אֶרֶץ. מ. habet segol, q. d. quod altitudines cæli & terra sint in manu eius, & ipse Rex super illas; sic quoque in manu eius sint inferiora terre. Et de iis voc. מַחְקֵר אֲדִיבֵת, sec. mod. & pervestigabuntur fundamenta terre infra. Jer. XXXI. 37. וְתֹעֲפֹת הַרִים לוֹ. Meminit inferiorum terra & meminit altiorum terra, & hi sunt montes alti. Hoc est; וְתֹעֲפֹת רָמֹת לוֹ vires unicornu ipsi, Num XXIII. 22. CUJUS EST MARE, mentionem fecit terra in genere, & nunc etiam mentionem facit in specie maris & aride. Nam omnia eius sunt. q. d. in manu & potestate ejus. Et sensus תָּבַח, ET IPSE FECIT ILLUD. Ordinavit illud, ut sit congregatio in unum locum, & fundavit aridam pro omni vivente & germinante super illam. Et quod dicit, בִּירָו, v. d. quod omnia tum superiora tum inferiora sint in manu eius, ad extollendum & deprimendum, quem vult; & humiles nos fecit in captivitate longum tempus, & nunc exaltat nos super omnes populos. VENITE ADOREMUS. Alter ad alterum dicit; venite & adoremus, nam nos obstricti sumus ad eum celebrandum.

& nos coram eo incurvandum quibuscunque humilitatis signis.
 נשתחוהו, hac est prostratio totius corporis in terram, extensio ma-
 nuum & pedum. ונכרעה, inclinatio capitis cum aliqua corpo-
 ris parte, ut nos inclinamus in benedictionibus. נברכה, hac est
 inclinatio genuum in terra, ut; Inclinauit super genua sua,
 2. Chron. VI. 13. flexerunt genua sua. Jud. VII. 6. CORAM DO-
 MINO. עשונו, qui educavit & exaltavit nos, ut; qui fecit Mo-
 sen & Aaronem. 1. Sam. XII. 6. NAM IPSE EST DEVS NO-
 STER, & iudex noster à gentibus. ET NOS POPVLVS PASCVE
 EJVS, quod hucusque nos pavit, ET GREX MANVS EJVS;
 quod duxit nos sceptro fidei sue. HODIE. Hodie acquisiuit nos
 è domo servorum, & facti sumus grex manus ejus, & ipse est De-
 us noster. SI VOCEM EJVS AVDIERITIS, ut non sitis sicut
 Patres vestri, generatio deserti, quod statim, postquam eduxit
 eos è domo servorum, tentarunt eum in Rephidim. Et ita dicit
 ad vos, & exhortatur vos Deus, ut non sitis duri corde & cervice,
 & dicit vobis, NE OBDVRETIS COR VESTRVM SICVT IN
 MERIBA, sicut fecerunt Patres vestri. SICUT IN DIE MASSA.
 Nomen loci appellatur Massa & Meriba, propter contentionem fi-
 liorum Israël, & quod tentarunt Dominum, dicendo; num est De-
 minus in medio nostrum nec ne Ex. XVII. 7. אשר נסוני, sicut ali-
 quoties tentarunt me. ETIAM VIDERUNT, quod scidi ipsis ma-
 re, quod deplui ipsis manna, quod fidi ipsis petram, & nihilo mi-
 nus tentarunt me. Hic est sensus תִּסְתַּיִן. Etiam postquam vi-
 derunt opus meum, quod eduxi illos è domo servorum, signis ma-
 gnis, & miraculis insignibus, & scidi ipsis mare. His licet ita se
 habentibus, non crediderunt mihi, & tentarunt me. Et ipsi vide-
 runt opus meum, tum ante tentationem, tum post tentationem. QVA-
 DRAGINTA ANNOS FASTIDIVI ILLOS IN DESERTO. Quod
 ad iram provocarunt me per negotium exploratorum, donec decre-
 vi, ut in deserto commorarentur quadraginta annos, Et sensus תִּסְתַּיִן
 אקוט est è l. vidi prevaricatores, & fastidivi, Ps. CXIX. 158. I-
 dem quod קטעה in verbis Rabb. n. f. r. Et sensus תִּסְתַּיִן ברור, in
 generatione deserti. Dicit, quod totos 40. annos fuit in contentione

B

שמות

3
 29
 3
 39
 35
 5
 34
 3
 2/3 37
 2 3 4
 2
 3
 26
 29
 27
 2

cum ipsis. Et dicit; **POPULUS ERRANTIRM CORDE IPSI.**
 Dixi, quod errantes corde ipsi sunt, & cor ipsorum est in malo,
 & non credunt mihi. **ET IPSI NON COGNOVERUNT VIAS**
MEAS. Et non cognoverunt omnia signa, que feci cum ipsis, &
 timuerunt ingredi terram, & in me non fiduciam posuerunt.
IDEO JURAVI, ut in eam non ingrederentur, & morerentur in
 deserto, qui supra vigesimum annum & ultra essent. **אשר באפי**
אשר באפי. Qui propterea iis indignatus sum, & iuravi, ut non
 ingrederentur in quietem meam, & hac est terra Israël, quod di-
 citur de ea; ad quietem & ad possessionem Deut. XII. 9. (quietam
 possessionem) Nam ibi quievit Israël. Et dicit, **שבתה**, i. e. quies,
 quam dedi ipsis; & ita; & gaudebitis in domo precationis mea;
 Jes. LVI. 7. precationis, quam ipsi precantur ad me. Et **NON**
 inseruit juramento, ut homo, qui dicit; erit ita & ita, si erit hoc.
 Et ita dicit integre: si viderint terram, quam iuravi Patribus i-
 psorum, Num. XIV. 23. & ita dicit: si Davidi mentiar. Ps. LXXXIX.
 36. ut explicuimus.

§. VII.

Psalum ad tempora Messia pertinere, diserte fatetur
D. KIMCHI: & de eo nullum apud antiquiores Judæos
 dubium fuisse, plane perfvadet Pauli in epistola ad Hebraeos
 allegatio, qui alioquin Psalmi hujus textum tractationi
 suæ fundamentum substernere non potuisset. De argumen-
 to Psalmi non male Lyra. Secundum Hebraeos iste Psalmus factus
 est à Mose circa finem vite sua, quando mortui fuerunt in deserto
 omnes, qui post exitum ex Ægypto munerati fuerunt à XX. annis
 & supra, præter Caleb & Josua, ut dictum est in precedenti Psal-
 mo, in quo Psalmus inducit filios mortuorum, de quibus dixit Domi-
 nus, Num. XIV. quod ingrederentur terram promissionis loco Pa-
 trum suorum, ad Dei laudem & obedientiam, ne ex rebellione &
 inobedientia impedirentur ab ingressu terre promissionis, sicut & Pa-
 tres eorum, & licet Psalmi ad hoc facile potest applicari. Sed
 Apostolus Hebr. III. & IV. ponit magnam partem hujus Psalmi, sc.
 ab illo loc. hodie, si vocem ejus audieritis, &c. usque ad finem, di-
 cens,

cens, quod hoc dictum fuit à David, ad quod sequitur, quod est auctor hujus Psalmi. Dicit etiam ibidem Apostolus, quod Psalmus iste non loquitur de ingressu terre promissionis, qui jam ante multos annos transferat tempore Josue, sed de ingressu terra viventium aperiendo per Christum tempore gratiae; quia per suam benedictam passionem amovit impedimentum. S. SCHMIDT. hæc habet: De quo Psalmus hic ad literam loquatur, dissensus est. D. Kimchi quidem ad verba v. 1. expresse scribit; sic dicent Israelita in diebus Messia, vir ad fratrem suum, ut cantent Deo, qui liberavit eos. Et pro Kimchio est, quod veteres Rabbini etiam dixerunt, Psalmos à 93. usque ad 101. omnes de diebus Messia loqui. Chaldaeus tamen, R. Salomo & Abenesra tacent. Nec Christiani interpretes consentiunt, quæ de re videri possunt, quæ ad Hebr. III. v. 7. n. 6. annotavimus in Comm. ubi etiam nostram sententiam exposuimus, quod Psalmus noster ad literam de Novo Testamento & Christo loquatur. Hic igitur tantum pro veritatis consensu adducimus, quæ D. Calovius hic habet. Theodosius vult Psalmum à Davide in persona Regis Josue compositum esse. Contra monet Bellarminus, Psalmum omni tempore omnibus fidelibus convenire, tum Judæis, tum Christianis. Quæstio vero est non de usu vel convenientia, sed de sensu. Recte autem docet Luth. totum Psalmum referendum esse ad Christum. Hic enim est ille Deus, cui nos exultare debemus, pastor noster, & Deus ille, quem increduli in deserto tentarunt, 1. Cor. X. 9. qui abrogat Mosaicum cultum, ejusque loco surget fides in Evangelium. Itemque, quæ D. Brentius noster in Psalmum hunc commentatus est; Suscipit, inquit, Spiritus S. in hoc Psalmum Christum Dominum nostrum, celebrandum, & Ecclesiam, sive illam Hebræorum, sive hanc gentium, cohortandam, ut Christum Dominum nostrum, nihil humilitate eius & externa specie offensi, amplectantur, & in eum credant. Etsi enim videtur homo, juxta externam speciem contemptus, tamen, si explicueris eum, est Dominus, Deus magnus, & Rex super omnes Deos, qui sit adorandus, & in omnem aeternitatem colendus. In Comm. ad Hebr. S. Schmidt. duas imprimis circa hunc Psalmum ejusque in N. T. allegationem

sententias inveniri, ait; alteram, Davidem in Psalmo loqui ad populum Israeliticum, Paulum autem ad sua tempora verba adhortationis accommodasse; alteram, quod Psalmus sit propheticus de Christo & temporibus N. T. compositus. Cui sententiæ ipse subscribit, regulam hanc statuens, quod quicumque locus in N. T. de Christo & temporibus N. T. allegatus est, is etiam de Christo & temporibus N. T. loqui statuendus sit, secundum literalem sensum suum, nisi manifestis rationibus contrarium evinci queat. Hic vero verba egregie in Christum & N. T. tempora quadrare, ait, id quod non inepte ostenderit Justinianus. Hic imprimis urget, quod v. 7. dicimur populus pascui eius, & grex manus eius, unde consequitur, Christum esse pastorem, Jof. XL. 11. Ezech. XXXIV. 23. Job. X. 11. S. SCHMIDT. imprimis urget Hebr. IV. 7. iterum aliam determinat diem, hodie, per Davidem dicens, &c. ubi, si vers. 6. contulerimus, manifesta est temporum oppositio; & eiusmodi, ut haud difficulter appareat, distingvi diversa tempora requiei, à Domino promissa, unius sub Veteri Testam. alterius sub Novo. Nos iudicio T. T. nostrorum facile acquiescimus, & quomodo N. T. allegatio se habeat, ipsa exegesis dilucidius ostendet.

§. VIII.

Itaque habetur in hoc Psalmo Ecclesiæ sive fidelium mutua adhortatio ad Dei Messiae laudem & celebrationem. Quæso jubilemus Domino, clangamus petra salutis nostræ, Preveniamus facies eius cum confessione, cum canticis clangamus ei, v. 1. 2. Inscriptionem, quam LXX. & Vulg. habent, cum in Hebræo non extet, merito præterimus. Ceterum ex ipsis verbis apparet, esse exhortationem mutuam ad lætitiæ spiritualem in Domino Messia, quocumque modo declarandam, ut & Apostolus hortatur. Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete. Phil. IV. 4. Messias enim est, qui hic dicitur Jehova, & petra salutis nostræ, Deut. XXXII. 4. 15. ubi & יְהוָה אֱלֹהֵינוּ absolute & יְהוָה אֱלֹהֵינוּ dicitur, petra salutis, uti & Ps. XVIII. 32. c. Jof. XXVI. 4. Matth. XVI. 18. 1. Cor. X. 4. ubi disertè Apostolus: Petra erat Christus, qui eos sc. in deserto combatatur.

tabatur. *Pf. LXXXIX. 27.* Christus quidem *Patrem* appellat
petram salutis suæ, respectu humanæ suæ naturæ, divinitus
 adjunctæ *Zach. IX. 9.* at hic dicitur *petra salutis nostræ*, quod
 nos per ipsum Deum nostrum & Dominum salutem con-
 sequimur. *Hof. I. 7.* Hinc Ecclesia: *Cantabimus in salute*
tua, & in nomine Dei nostri vexillum erigemus. Pf. XX. 6. De
 hoc tanto & tam salutari præsidio & *petra salutis* merito
 sibi gratulatur Ecclesia, tanquam objecto gaudii sui spi-
 ritualis, omnibus lætitiæ signis declarandi. כָּרַנְנָה, *Cantemus*,
 lætis jubilis, ut *Pf. XXXIII. 1. XX. 6. & c. כָּרַנְנָה*, alta &
 sonora voce ipsi applaudamus, *Psalms. XXXIII. 3. XLVII. 2.*
 נִקְרַמָּה פָּנָיו, *preveniamus facies eius.* Non tantum est; *ve-*
nire ante faciem; quod & fieri potest à vocato aut adducto,
 quin per vim adducto: *sed prevenire*, præoccupare, quod
spontaneum adventum significat, ubi alter aliud quasi agens
 prævenitur, eique studio occurritur; ut *Pf. XXXIV. 6. re-*
spexerunt ad eum & confluxerunt; ut Regi & Principi obviam
 iri solet, non tantum honoris ergo, sed & ex necessitate,
 cum in magnorum virorum adspæctum admitti difficilius
 esse solet, hoc ipsum tamen magno studio & contentio-
 ne quæritur. *c. Jes. XXXVII. 33. Eadem Phrasis Psalm. LXXIX.*
3. LXXXVIII. 14. Mich. VI. 6. Pf. LXXXIX. 15. Facies autem Dei
 hic non tam est *arca fœderis*, ubi in V. T. præsentiam suam
 gratiosam promisit Deus, coll. *Pf. XLII. 3.* juxta GEIER. quam
 ejus *antitypus*, *os Domini*, quod in Novo Test. & diebus
 carnis Christi loquens viderunt. *Jes. XL. 5. Bene Cocceji*
Ante faciem, in scripturis dicitur de *παροῦσα* vel in symbolo,
 quod veteribus erat templum, vel in carne assumta. Hic *proprie*,
vid. in carne assumta. v. Jes. IX. 2. XL. 9. Præsupponit hæc
 adhortatio, *petram salutis esse Jehovaham, eamque salutem jam*
effecisse & comparasse; ut in ea latemur & triumphemus, & præ-
 sentem esse & adiri posse, & *ὑποτάξασθε* ac *ὑποταξάμενοι*, (coll.
Rom. III. 25. Luc. II. 34. Hebr. IV. 16.) ut ei gratias agamus.
Venite ante faciem; est *metaphora sumta ab accedentibus Dominum*

3
29
3
39
35
4
34
3
23 32
2 3 4
2
3
26
29
27
2

faum cum munere. Et post pauca: Venite ante faciem, est a-
 vocatio a typis & umbris, a debilibus elementis, a cathedra, in
 qua sedebant Seniores, Dii nuncupati. Ita ante facies Messiae
 venire jubemur בתורה, cum confessione & celebratione ejus
 beneficii, ut Hanna, quae ἀνθωμολογῆτο, non minus
 quam Simeon, eum & beneficia ejus confitebatur. Luc. II
 38. בזמירות נריע לו. Dixerat jam נריע, contentione hu-
 manae vocis sonora Deum celebraturum esse: hic addit,
 בזמירות canonicis, secundum artem compositis, & ope in-
 strumentorum musicorum artificiose decantandis idem
 praestiturum, ut quocunque subsidio laetitia spiritualis Dei-
 que celebrandi studium intensissimum se prodat. לו est
 dativus commodi, ei, i. e. in honorem & beneplacitum
 ejus, ut Ps. XLVII, 2.

§. IX.

Argumenta laudis & celebrationis Dei Messiae petit Eccle-
 sia ab ejus majestate, etiam in regno natura operibus poten-
 tia satis declarata. Quia Deus magnus est Dominus, & Rex
 magnus super omnes Deos. In cujus manu sunt pervestigations
 terra: & defatigationes montium eius. Cuius est mare, & ipse
 fecit illud, & aridas, quam manus eius formarunt. v. 3. 4. 5. Με-
 γαλοσύνη sive majestas Dei Messiae praedicatur tum qua essen-
 tiam, tum qua officium. Qua essentiam יהוה, Deus, summa
 & infinita essentia, est אל, Deus omnipotens, אל גבור Deus
 potens, Jes. X. 5. quod epitheton & vocabulum אל hic
 includit, quod a potentia & robore appellationem habet.
 Epitheton autem Magni hic additur, ut potentia κατ' ἐξο-
 χην talis esse intelligatur, sui que similem non habere, per
 quam, quicquid placet, facit. Ps. CXXV. 3. Qua officium est Rex
 magnus, qui absolute dominatur, omnia pro suo arbitrio
 regit & gubernat, non tantum in res dominium habens
 & exercens, sed & in personas, Rex magnus super omnes Deos,
 qui in venerationis divinae communionem veniunt, ut vel
 Dii haberi & coli velint, ut deastrum gentium, אלהי הנכר,
 Dei

Dei peregrini, Deut, XXIX. 18. &c. אלהי העמים
Dei populorum, Ps. XCVI. 5. CXLV. 4. vel ab ipso Deo hic ho-
nor iis habeatur, sive angeli sint, Ps. VIII. 6. Hebr. II. 5. sqq.
sive iudices & magistratus, Ps. LXXXII. 1. 6. Ex. XXII. 27. &c.
Quales quales hi sunt אלהים, Deus MESSIAS super eos
Rex est, & multum eminent, altus super altum custos est,
ונובהים עליהם, & excelsus super ipsos. Eccl. V. 7. Nam Domi-
nus est excelsus, venerabilis, Rex magnus super omnem terram. Ps.
XLVII. 3. Hanc suam majestatem quoque demonstrat Mes-
sias operibus & creationis & conservationis rerum omnium,
ut qui portat omnia verbo potentie sua. Hebr. I. 3. Nihil in rerum
natura tam absconditum, nihil tam arduum, quod non ab
ipso profectum sit & conservetur. In eius manu sunt
מחקרי ארץ, pervestigationes terra, ut תהום תחקר, investigatio a-
byssus. Job. XXXVIII. 16. Quicquid in intimis terræ penetralibus
latet & absconditum est, ad quod homines non sine multo la-
bore, sudore, molestia deveniunt, ut aurum, & reliquæ
metalla, gemmæ, margaritæ, quæ magno studio perqui-
runtur & effodiuntur; DEO MESSIÆ hæc omnia sunt
obvia, ejus manu creata, manu ejus custodita & observata;
quin his omnibus longe profundiora, ipsa terræ funda-
menta, ad quæ nulla arte, nullo labore homini accessus
est, quæ pervestigare homini impossibile; Si mensuraverint
calum superne, & investigaverint fundamenta terre infer-
ne, &c. Jer, XXXI. 37. Verum in Dei Messie manu sunt. Ipse
ponit in thesauris abyssos. Ps. XXXIII. 7. Et defatigationes montium
ejus sunt. חררי אלהים, montes Dei, Ps. XXXVI. 7. ut appellantur,
i. e. altissimi. תעפות, sic occurrit, ut epitheton unicornu.
Num. XXII. 22. argenti, Job. XXII. 25. Montes igitur defatigatio-
num sunt vel prealti, qui adscendentes delassant & fa-
tigant, uti & argentum optimum non sine delassatione
effoditur, vel firmissimi, ut cautes & rupes, ob duri-
tiem & asperitatem adscendendi molestiam augen-
tes, nec minorem, si non majorem descendendi diffi-
cul-

cultatem præbentes. Eodem pertinet, quod *Messia* etiam dicitur esse *mare*, & ipse illud fecisse; quod & ipsum luculentum majestatis ejus documentum est, *mare illud magnum & spatiosum, ubi sunt animalia innumera tum parva tum magna. Ps. CIV. 25.* Nec minus *aridam manus ejus formarunt, formarunt*, ut artificiosissimum opus, cujus non unus, ut *maris*, adspectus est, sed mira cum varietate diversissimus, montium, vallium, sylvarum, agrorum adspectus jucundissimus, elaboratissimum & variegatum artificis excellentissimi opus. Huic tam omnipotenti Deo, *Messia* Deo nostro, merito applaudimus. *Beati sunt, quorum auxilium est Deus Jacobi, quorum fiducia est super Dominum Deum suum qui fecit calum & terram, mare & omnia, quæ sunt in eis. Ps. CXLVI. 5. 6.*

§. X.

Non tantum Ecclesia se mutuo ad *Messia* laudem cohortatur, sed etiam ad publicum ejus cultum. *Venite, prosternemus & incurvemus nos, genua flectamus coram Domino, qui fecit nos, v. 6. ונכרעה, venite.* Hic est excitandi particula, ut *לכו, ite, v. 1.* Quanquam, quia de cultu publico sermo est, etiam elliptice adhiberi queat, ut est integre *Ps. XCVI. 8. venite in atria ejus.* Ad quod excitatio fit, est cultus publicus & externus, metonymice per signa religiosæ humiliationis descriptus. *נשתחווה, prosternemus nos*, proni procumbentes, manibus pedibusque extensis, qui orientalium ritus erat, in quo omnes corporis partes ex æquo ad humilitatem dispositæ & in terram projectæ apparebant. Vno enim elemento saltem *ושתחווה* differt, nisi convenientiam ejus cum *ושתחווה*, humiliari, deprimi, attendere malimus, uti sequitur, *ונכרעה*, quod quidem aliquando de violenta sive coacta incurvatione adhibetur, ut est *vincitorum, Jes. X. 4. XLVI. 1.* ad casum tendentium, *Ps. XX. 9.* sed & de religiosa incurvatione occurrit, *Ps. XXII. 30. LXXII. 9.* Fiebat flexo genu. Nam integre sæpius occurrit, *כרע על ברכים*,
Jud.

Jud. VII. 6. Job. IV. 4. 1. Reg. VIII. 54. Esr. IX. 5. Jef. XLV. 23. &c. Sed plus aliquid gestus accessisse videtur, quam qui cum nuda genuflexione fuit conjunctus. Hujus enim distincta fit mentio: genu flectamus coram Domino, qui fecit nos. Omnia hæc sunt signa honoris exhibendi, & ei quidem, qui honore in se & sua natura dignus est, JEHOVA, qui beneficio suo eum etiam meruit, יְיָ, factor noster, quod de Messia prædicatur, Deut. XXXII. 6. Jef. XLIII. 1. LI. 13. non tantum, quatenus est in regno natura creator, sed quatenus etiam est in gratie regno restaurator, nosque regenerat, justificat, sanctificat & glorificat, quatenus fecit nos populum suum, coll. v. 7. ut id expresse testatur, Ps. C. 2. scite, quod Dominus ipse sit, Deus ipse, qui fecit nos, & non nos, & quidem populum suum & gregem pascui sui. Dei enim gratia, sumus, quicquid sumus, 1. Cor. XV. 10. non tantum homines, sed & populus ejus, filii Dei. Credentibus enim in nomen ejus potestatem dedit, ut sint filii Dei, ex Deo nati. Job. I. 12, 13.

§. XI.

Ratio sive argumentum colendi Dei ducitur hic à beneficio speciali, quo regni gratiæ Deus nos consortis fecit. Nam ipse est Deus noster, & nos populus pascui ejus, & grex manus ejus: hodie, si voci ejus obtemperaveris. v. 7. E beneficio Dei, qui suos regenerat, & in filios, in populum, adoptat, hic mutuus nascitur respectus: ipse est Deus noster, & nos populus pascui ejus & grex manus ejus, qui pastor noster accumbere nos facit in habitaculis graminis, & ad aquas quietum ducit nos, Ps. XXIII. 2. qui nos purificat lavacro aquæ in verbo, Eph. V. 26, & aquis consolationum Spiritus S. refocillat. Job, VII. 38. 39. qui pascit nos verbo, potat Spiritu S. qui ex aqua & Spiritu regenerat, Job. III. 5. Sed habent hæc Christi oves, hic Christi populus, suum quoque characterem, quod voci ejus obtemperant. Oves enim ejus vocem ejus agnoscunt, Job. X. 4. vocem ejus audiunt, obedienter audiunt Job. X. 16. Exod. XXIII. 21. 22. Deut.

C

XVIII.

3
29
3
39
33
4
34
3
2/3 32
2 3 4
2
3
26
29
27
2

XVIII. 15. 18. 19. Matth. XVII. 5. idque faciunt □ □ □ □ □, *hodie*.
R. Salomo; in hoc seculo. Kimchi; die, quo acquisivit nos ē capti-
uitate Ægypti. Hoc, presenti tempore, tempore gratia, quo
Dei regnum ad nos pervenit, cum non procrastinanda
est pœnitentia, & gratia Dei non in vanum est accipienda.
Dicit enim; Tempore accepto exaudi te, & in die salutis auxili-
um tibi tuli. Ecce nunc est tempus acceptum, nunc est dies salu-
ris. 2. Cor. VI. 1. 2. Verum à tempore egressus ex Ægypto
hic dies manifesto distinguitur, ut docet Paulus, mon-
strans, non aliud, quam tempus gratia Novi Test. posse intel-
ligi. Iterum quendam definit diem, hodie, per Davidem dicens,
post hoc tempus, sicut dicitur; Hodie, si vocem ejus audiveritis, corda
ne obduretis vestra. Si enim Josua acquiescere fecisset, non de alio
post hunc loqueretur die. Hebr. IV. v. 8. Vnde hanc deducit
adhortationem. Studeamus igitur introire in illam quietem,
ne quis in idem inobedientia exemplum prolabatur. v. 11. Atque
in his verbis simul continetur medium, verbum scilicet predica-
tum & auditum, per quod Deus sibi oves seu ecclesiam col-
ligit, de quo quærit Apostolus: annon audiverunt? imo ve-
ro in universam terram exivit sonus eorum, & in fines orbis verba
ipsorum. Rom. X. 18. Quoad coherentiam hæc ad hunc pa-
suk pertinent, & loquuntur de voce sive verbo Messia, qua-
tenus rite admittitur, & actu fit regenerationis medi-
um. Apostolus, quando ad sequentia refert, verbum spe-
ctat perinde, ut, Rom. X. 18. quatenus predicatur; ita ut vel ad-
mitti vel rejici possit, monstrans simul nostrum officium,
quod est, utique admittere, & ex opposito, periculum & da-
mmum proveniens ex eo, si non admittatur, id quod in in-
duratione malitiosa fit.

§. XII.

Igitur cum adhortatione ad legitimum Messia cultum
 conjungitur debortatio ab induratione, in quam, cum sine de-
 bita attentione auditur verbum, nostra culpa incidimus.

Ne

No induretis cor vestrum, sicut in Meriba, in die tentationis in deserto. Cum tentaverunt me, etiam viderunt opus meum. v. 8. 9. Id à quo fit dehortatio, est induratio, *אל תקשו לבבכם, ne induretis cor vestrum. Induratio est vitium cordis, quod contrahitur & multis aliis vitiosis actibus accumulatis, & imprimis negligenti & irreverenti, nec non cum malitiosa repugnantia conjuncta verbi divini auditione. Adeoque cum circa verbi tractationem hoc vitium inprimis versatur, post expressum characterem ovium Christi, quæ ejus verbum audiunt, à vitiosa verbi auditione & inani, quæ per indurationem fit, Filius Dei dehortatur, ne induretis cor vestrum. Hominum hæc culpa est, quibus adeo induratio tribuitur, אל תקשו, perinde ut de Pharaone dicitur, cor suum indurasse, Ex. VII. 13. 22. VIII. 11. 28. cum contra Dei hic nulla alia actio sit, quam permissonis judicialis, & justa gratie suæ contemptæ retractionis, quo sensu & ipse indurare dicitur, Ex. IV. 21. VII. 3. X. 1. 27. Rom. IX. 18. Exempla tali modo induratorum proponuntur Israëlitarum, & quidem Israëlitarum Patres, cum essent in Meriba in die tentationis in deserto: & ipsum peccatum describitur, cum tentarunt me Patres vestri, explararunt me, etiam viderunt opus meum. Non semel hoc peccatum fuit commissum eodem in loco, qui hinc nomen traxit, primum, cum egressi erant ex Ægypto, primo anno, cum aqua defecerat. Et contendit populus cum Mose, & dixerunt, date nobis aquas, ut bibamus, & dixit illis Moses; quid contenditis mecum? quid tentatis Dominum? Ex. XVII. 2. & v. 7. & vocarunt nomen loci Massa & Meriba, propter contentionem filiorum Israël, & quod tentaverant Dominum, dicendo; num est Dominus in medio nostro, nec ne? Dein, ultimo anno, cum mox terram promissam ingressuri erant, cum eodem loco iterum aqua deficeret, eaque è percussa iterum petra iis dabatur, Mose tunc etiam & Aarone diffidentia peccantibus, & hinc terræ ingressu exclusis, Num. XX. 5. seqq. ubi narratio clauditur his verbis: He sunt aquæ contentionis, quod contenderunt*

filii Israël cum Jehova, & sanctificatus est in illis. v. 13. Repe-
 tit hoc quoque Moses in extrema benedictione tribus Le-
 vi. Et Levi dixit: perfectiones tue & lucus tue sunt viri mise-
 ricordiarum tuarum, (non sane Aaronis, sed Christi, רמסר
 sancti Dei, Ps. XVI. 10. per quem solum gratiam & mise-
 ricordiam consequimur, Ps. LXXIX. 2. Job. 1. 17.) quem ten-
 tasti in Massa, cum quo contendisti ad aquas Meriba. Deuter.
 XXXIII. 8. Hic tentarunt Patres Deum & explorarunt eum, e-
 jus scilicet potentiam, sapientiam, bonitatem; num in a-
 quarum penuria aquas dare posset? quæ magna erat dif-
 fidentia. CHRISTVM esse, qui hæc verba loquitur, e-
 undemque adeo JEHOVAM, disertis verbis Paulus do-
 cet: neque tentemus CHRISTVM, sicut quidam ipsorum
 tentarunt, & ab angvibus perierunt. 1. Cor. X. 9. Sed non tan-
 tum hoc in loco, sed alibi quoque Deum sæpe tentarunt,
 quod ipsis expressis verbis exprobrat, cum juramentum e-
 deret, de quo, v. 11. fit mentio. Nam omnes viri videntes
 gloriam meam, & signa mea, quæ feci in Ægypto, & in deserto,
 & tentarunt me his decem vicibus, & non obtemperaverunt voci
 meæ; si videbunt terram, quam juravi patribus ipsorum, & omnes
 spernentes me non videbunt illam. Num. XIV. 22, 23. Hinc et Patri-
 bus Israëlitarum in genere hæc culpa tribuitur; cum tentarant me
 Patres vestri, explorarunt me, studio id agentes, ut aurifabri ex-
 plorant aurum: etiam viderunt opus meum, Μεγαλειὰ Θεῶν, opera
 omnipotentis, sapientis, justis & misericordis, tum
 in Ægypto in tot plagis Ægyptiorum, tum in deserto
 per tot miracula & specialissimæ providentiæ divinæ do-
 cumenta. Ad quod suum opus adeo Deus merito provo-
 cat: Videte nunc, quod ego ego ipse sim, & non sit Deus mecum:
 ego occidam & vivificabo; vulneravi & ego sanabo, & non est,
 qui è manu mea eripiat. Deut. XXXII. 39. Magna sunt opera Do-
 mini. הודו והדרר פעלו, decus & gloria opus ejus, Ps. CXI. 2, 3. Hæc
 Dei opera oculis suis viderunt Israëlita, viderunt, in dese-
 rtu panis, manna cælo depluere, in defestu carnis, co-
 turni-

turnices ad volare, in defectu aquæ, petrum eam ministrare. Hæc viderunt opera Dei, beneficia: sed & pœnas justas, Dei opera, viderunt & experti sunt. Tentarunt Christum & serpentibus (isti) perierunt, 1. Cor. X. 9. coll. Num. XXI. 6. scortati sunt, & ceciderunt uno die viginti tres chiliades, 1. Cor. X. 8. coll. Num. XXV. 1. 9. murmurarunt, & perierunt ab exterminatore, 1. Cor. X. 10. coll. Ex. XVI. 2. XVII. 3. Num. XVI. 2. &c.

§. XIII.

Cum dehortatione conjungit MESSIAS narrationem (implicite comminationem continentem ejusdem eventus scilicet, quem olim experti sunt Israëlita) Narrat autem populi inobedientiam & contumaciam olim hunc eventum habuisse, ut contumaces & rebelles quadraginta annos continuo averfatus fuerit, iisdemque juramento interposito ingressum in quietem suam prohibuerit. *Quadraginta annos fastidivi generationem, & dixi: populus errantium corde ipsi sunt, & ipsi non cognoverunt vias meas, v. 10. Deus cum non est, qui in impietate beneplacitum habet, & malus coram eo non commoratur. Ps. V. 5. sic quoque in peccatores illos in deserto tædium suum & averfationem declarat, ויפא, fastidio, ut ingratos, ut foetorem nares offendentem, ut cadaver, & naribus & oculis ingratum, ut tales, qui ranoïdi, fetidi facti sunt, Ps. XIV. 3. quale ejus est tædium, quem vitæ suæ tædet. Job. X. 1. Tale tædium concepit Deus erga generationem, ברוי, famosam illam, qui una Aegypto egressi erant, sed ob inobedientiam omnes in deserto ceciderunt, excepto Josua & Calebo, Num. XIV. generatio illa mala, Deut. I. 35. generatio perversa & contorta, Deut. XXXII. 5. Hos fastidivit Messias totos illos quadraginta annos, quibus in deserto oberrarunt. & ob prævaricationes suas ab ingressu terræ arcebantur. Hoc tædium ne quis ab absoluto*

3
2
3
39
35
4
34
3
23
32
2
3
4
2
3
26
29
27
2

luto odio profectum existimet, aut nullam ejus subesse
causam, ut in illo Poëtæ;

Non amo te, Volusi, nec possum dicere, quare:

Hoc tantum possum dicere, non amo te.

quæ *justa causa tædii sui & aversationis* sint, Deus declarat; & dixi: *populus errantium corde ipsi sunt.* Constructio regimini pro constructione appositionis; quæ enallage in aliis quoque lingvis est frequens, hanc tamen *emphasin* habet, quod universus populus ex *errantibus corde* compositus & constitutus dicitur, & hunc quasi suum *characterem* habere, quod *corde errent*, errent, ut peccato corrupti, ut nos omnes ut grex erramus, *Jes. LIII. 6. Ps. LVIII. 4.* sed & studio & ex proæresi errent, *לִבְבִי*. corde, deliberato animo & consilio, ut *תַּעֲרִי רוּחַ*, errantes spiritu, *Jes. XXIX. 24.* non opere tantum, sed ex *animo*. ex quorum corde mala cogitationes adscenderunt &c. *Matth. XV. 19.* Ex illa *habituali, nec naturali* tantum, sed & *acquisita cordis corruptione* provenit, ut & intellectu & voluntate eorum plane corruptis, hi *διεφθαρμένοι ἀνθρώποι τὸν ὄψον*, corrupti quoad mentem homines, *1. Tim. VI. 5. ἐσκατισμένοι τῇ διανοίᾳ*, obtenebrati intellectu, *Eph. IV. 18.* quorum *ἀνόητος καὶ ἀγνοῦν*, desipiens cor obtenebratum est, *Rom. 1. 21.* non cognoverunt *vias Dei, viam Dei, viam pacis.* in qua solus Deus illuminans pedes dirigit, *Luc. 1. 79.* eam non cognoverunt, *Jes. LIX. 8.* quæ est *via evangelica veritatis*; sed cum plures sunt Dei viæ, *וַיִּרְכִּי*, nec cognoverunt rite *viam voluntatis legalis*, quod vel è *pseudhermenia* legali illa manifestum est, quam justo elencho Servator *Matth. V. 20.* persequitur. Quin ne quidem cognoverunt *viam providentia divina*, *Jes. LV. 8.* licet hæc & luculentissime & gratiosissime se apud eos exfereret.

§. XIV.

Ad confirmationem *tristis eventus*, quem inobedientia &

& contumacia populi habitura erat, MESSIAS DEVS juramentum interponit. *Qui juravi in ira mea; si venient ad quietem meam, v. 11. רַחֵם, וְשָׁלוֹם, LXX.* Qua sensum idem est, siue veritas, quemadmodum, siue, qui. Qui enim loquitur, idem jurat, *Messias Deus; & forma siue modus juramenti in ipso juramento continetur. Causa impellens est* ἦν, ira, indignatio, παρὰ πικρὰ σμῶς, exacerbatio *Hebr. III. 8. u, ὀργή, ira, c. IV. 3. eadem cum odio, quo ob duritiam populi totos quadraginta annos affectus fuit. Juramentum ipsum habetur Num. XIV. 21. 23. & certe, quam vere ego vivo, implebitur gloria Domini omnis terra. Nam omnes viri, qui viderunt gloriam meam, & signa mea, quæ feci in Ægypto, & in deserto, & tentarunt me his decem vicibus, & non obtemperaverunt voci meæ; si videbunt terram, quam juravi patribus ipsorum, & omnes spernentes me non videbunt illam. Et v. 28. dic illis; quam vere vivo ego, dicit Dominus; si non, sicut locuti estis in auribus meis, ita faciam vobis. In deserto hoc cadent cadavera vestra, &c. & repetitur Num. XXXII. 10. 11. Deut. I. 34. 35. Juramentum hoc immediate pertinet ad typum, terram promissam Patribus, in qua post triste exilium & gravem in Ægypto servitutem, & dura & longinqua per desertum itinera Israëlitis demum parata sedes & quies parata erat. Itaque pro perphrasi terra bonæ, patribus promissæ in compendio unum verbum, κατὰ πᾶσιν, quietis, habet Apostolus, quod æque se habet ad typum & antitypum, & terram Canaan, & illa significatam beatitudinis æternæ quietem, sabbatistum populi Dei, adhuc futurum, *Hebr. IV. 9. ad quem Josua eos non deduxerat. v. 8. Nam & typus, terre Canaan possessio expresse, הַמְנוּחָה, quies dicitur: nam non venistis hæcenus ad quietem, & ad possessionem, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Deut. XII. 9. & David in solenni precatatione in encæniis templi: Benedictus Dominus, qui dedit quietem populo suo Israël, &c. 1. Reg. VIII. 56. De omni illa quiete tum typica tum inprimis antitypica Deus inobedi-*
enti.*

3
2
3
39
35
4
34
3
42
23
32
2
3
4
2
2
26
29
27
2

entibus & contumacibus juravit; si venerint, &c. usitato in jurandi formulis stylo, execratione per apostrophein omiſſa, boni ominis ergo. Late hoc Apostolus, nec typo præterito, de *antitypo* inprimis deducit *Hebr. III. & IV.* cujus ipsa verba supra adduximus. Ad inobedientes hoc juramentum pertinere, perspicue declarat Apostolus: *quibus autem indignatus est quadraginta annos? Nonne iis, qui peccaverunt, quorum membra ceciderunt in deserto? Quibus autem juravit, non ingressuros esse in quietem suam, nisi inobedientibus? & videmus, quod non potuerint ingredi propter incredulitatem. c. III. 17. 18. 19.* Ad solos vero *Israëlitas* hanc comminationem non pertinere, nec adeo *solum possessionem Canaan*, sed & *vita æternæ fruitionem* intelligi, ex instituto demonstrat. *c. IV. 1. seqq.*

§. XV.

Paraphrasis hæc esto. *V. 1.* Quæso jubilemus Domino, Deo Messia; alta & sonora voce acclamemus huic salutis nostræ petrae, quæ fundamentum est salutis nostræ, cum aliud fundamentum nemo possit ponere, nisi quod positum est, quod est *Jesus Christus*, *1. Cor. III. 11.* *V. 2.* Mature & sine mora compareamus coram facie ejus cum laudis ejus confessione, cum canticis lætum ei excitemus concentum musicum. *V. 3.* Nam Rex magnus est *Messias Jehova*, & Rex magnus super omnes, qui nominantur *Dii* non tantum in hoc seculo, sed & in futuro. *Eph. I. 21.* *V. 4.* In cujus manu sunt, quæ in abditissimis terræ locis pervestigari nequeunt: nec minus altissimi montes & durissimæ rupes in ejus sunt potestate *V. 5.* Cujus est *spatiosa mare*, cujus & ipse conditor est: uti non minus

minus aridam in tanta & tam mira rerum varietate ipse artificiosissime formavit. *V. 6.* Dignus hic est omni cultu, etiam publico & solenni. Itaque prosternamus quæso nos coram eo & incurvemus: genua submisisse flectamus coram Domino, Factore nostro, non tantum inanimatarum rerum. *V. 7.* Nam ipse est Deus noster, qui nos in peculium suum elegit: & nos sumus populus pascui ejus, ejusque grex, quem verbo suo pascit, Pf. XXIII. 1. 2. idque jam tum præsentis gratiæ tempore, si modo id, quod officii nostri est, & indoles ovium ejus requirit, Joh. X. 4. voci ejus obtemperaverimus. *V. 8.* Hæc cum ovium mearum indoles est, hoc cum vestri est officii, jam ipse ego Dominus & summus Deus Messias, vos moneo & sedulo adhortor, ne, cum verbum meum vobis prædicatur, cor vestrum obduretis, sicut in Meriba, sicut in die tentationis in deserto factum est, Ex. XVII. 1. sqq. Num. XIV. 1. sqq. XX. 1. sqq. *V. 9.* Cum & sæpius alibi tentarunt me Patres vestri, & in dubium vocantes meam omnipotentiam divinam, ceterasque essentia meæ perfectiones, propensamque meam, licet satis iis declaratam, in eos voluntatem, quid possim & velim, me explorarunt. Sed utique meum & in benefaciendo & in puniendo opus, tot illustribus & supernaturalibus miraculis & signis editis, experti sunt. *V. 10.* Quadraginta annos fastidivi generationem hanc malam, quæ Ægypto egressa est, indignos habens, qui promissam terram bonam ingrederentur, Deut. I. 34. 35.

D

hocque

3

2

3

39

35

5

34

3

3

42

23

32

2

3

4

2

3

26

29

27

2

hocque de iis merito tui iudicium: sunt populus, non sane, quantum in ipsis est, electus & dilectus, sed qui præter malitiam, in qua natura hærent, Jes. LIII. 6 toto animo, & destinato consilio errant, nec meliora sequi volunt: stolidus populus, qui vias meas, sive sanctissimæ voluntatis & legis, quam eis dedi, quin & maxime consilii evangelici, viæ pacis. Jes. XXVI. 3. 7. Luc. I. 79. sive singularissimæ circa eos providentiæ. Jes. LV. 8. 9. salutariter & ut par erat, ea, quæ iustis convenit intelligentia Luc. I. 17. non cognoverunt. *V. n.* Qua malitiosa indurati populi ignorantia, & quæ inde est, *ἀπιστία* morumque corruptione, offensus, iusta mea ira stimulante iuravi, si in tali inobedientia perseverent, nec proxime terram occupaturos promissam, sedesque in ea pacatas habituros, nec æternæ quietis & sabbatismi populi Dei adhuc futuri Hebr. III. 7. sqq. possessionem adituros,




- 1.) Joh. Henr. Callenbergius de Christologia Judaica ad Gen. I. 14. & 24. in N. Tevoluta. 2
- 2.)
- 3.) Cass. Jac. Authii Proteuangelii divina caligo lucis plenissima Gen III. 15.
- 4.) Jo. Gabr. Pries de Lutheri versione verborum Gen. IV. 26. 7177 002 8755 5771 50
- 5.) Guil. Ludov. Nitzschius de Fonte Viventis & Videntis ad L. Gen. XVI. 13. 14. XXIV. 62. 63. & XXV. 11.
- 6.) Jo. Christian. Broeckert (S. P. G. F. Tenichen) de Lapide Jacobi uncto. ad Gen. XXI. 18.
- 7.) Jo. Dominicus (S. P. Valent. Alberti) de Turri Eder. ad Gen. XXXV. 21. & Mich. IV. 8.
- 8.) Georg. Souch. Märkins de Josepho ex calice non augurante. (Erod. XVII. 15. 16.)
- 9.) Jo. Schiving (S. P. G. G. Stafe) de Sponso sanguinam ad Ex. IV. 24-26. & Manus super throno dei ad
- 10.) Michael Ambrosius de Facie Moysi quam pingunt cornuta ad Erod. XXXIV. 29.
- 11.) Jo. Engelh. Stauber (S. P. F. G. Diebling) de Anno Jobeleo secundum Disciplinam Hebr. ad Lev. XXV. 6. 14.
- 12.) Jo. Frey Vindiciae Pop. Num. VI. 22 seq. ab iniquis detorsionibus Wertheimeris Pentateuchi interpretis.
- 13.) Jo. Sebast. Mittewachius de 71770 è Gen. XVIII. 10.
- 14.) A. F. Ruchersfelder (S. P. D. Gerd) in Canticum Deborah ad Judic. V.
- 15.) Jo. Rud. Hieslingii Historia Rebeccae ex Gen. S. Gen. II. 18. 19. I. Reg. XII. & II. Chron. X. XI. XII. obviis.
- 16.) Franc. Wokernii Integritas textus originalis tibi contra Joh. Clericum vindicata.
- 17.) Libra quaedam Gellerii
- 18.) Frid. Jul. von der Gardt Demonstratio Pf. II. de Jesu Xpo vero Messia unice agere, contra Socinū & affectus
- 19.) Galth. Mentzeri Aeglogia corporis Christi in cruce exstructi ex Pf. XVI. 10.
- 20.) Nic. Barkey in Psalmum XVIII.
- 21.) Christoph. Guil. Franc. Walchius de Unionibus veterum Christianorum concivalibus, ad Pf. XXXIII. imper. v. 5.
- 22.) Nic. Kojper Commentatio Anti-Rabb. in Pf. XCV. de Messia, dno Deo nostro, in deserto ab Israelitis tentato. *
- 23.) Sincery Philalethes de optima translatione verborum Pf. CXIX. 109.
- 24.) Commentatio de gaudio sanctorum ex salute sacerdotum precepto ad Pf. CXXXII. 16.
- 25.) Jo. Henr. a Seelen de Sapientia margaritis preferenda Prov. VIII. 11.
- 26.) Gottl. Frid. Gudius de Sensu oraculi Salom. Eccl. V. 7.
- 27.) Car. Steph. Meinteli Observationes Philol.-Philos. in Eccles. I. 1-7.
- 28.) Jo. Ludov. Poere (S. P. G. G. Schwarz) de Figuris Patriarchis ex Esaiā illustratis.
- 29.) Cass. Jac. Authii de Immanuele baptis ac mella vesituro Es. VII. 15. *
- 30.) Joach. Christoph. Pfeiffer de Luce orta populo in tenebris sedenti Es. VIII. 23. & IX. 1. *
- 31.) Phil. Inval (S. P. A. G. Wachner) de Jesu Xpo, Immanuele Es. VIII. 14. Matth. I. 22. 23. *
- 32.) Andr. Georg. Wachner de Valle Spectaculorum Es. XXXI. *
- 33.) Christ. Fridr. Bauer de Domino Coram Davidis habente ex Es. XXXII. 22. & Apoc. III. 7.
- 34.) de Alakima Clavem Domus Davidis accipiente ex Es. XXXII. 22. & Apoc. III. 7.
- 35.) de Timore Domini sub Fulmine & Tonitruo reverendi ex Es. XXX. 27-33
- 36.) Vespera


- 36.) Guil. Pauli Neespoorten (J.P. J. C. Pfeifferi) de Calore sub nube torrente, Ep. XXV. 5.
- 37.) Gottl. Lehning de Verbi praenotio peccare facientibz ex Ep. XXX. 21.
- 38.) Jo. Valent. Korrumpff de Sapientendente geroctro. Ep. XXXII. 8.
- 39.) Joach. Ehrnst. Pfeiffer de Cognitione justi Seno Dei justificata. Ep. LIII. 11.
- 40.) Gottl. Ehrnst. Lechila de Fidelibz N. T. Decedentibus ad Ep. LIV. 13. & Jerem. XLXI. 33. 34. Vrb. Diff. professor.
+ Salom. Deyling de Doctrina Pontificior de Conceptione immaculata b. Virginis & vota sanguinaria pro h. Doctrina.
- 41.) Godofr. Sam. Hojal (J.P. J. C. Heberstroit.) de Ep. LXIII. com. XXX. non de vellendo.
- 42.) Fr. Inc. Müller (J.P. C. G. Hofe) de Muliere ambiente virum d. Jerem. XXXI. 22.
- 43.) Joach. Dan. Löpzi (J.P. J. W. Löpzi) Explicatio & vindicta loci Ezech. XLV. 53 & 55. coll. 49 sq. contra Gerhardi Sijp. ἀποκτασάβειας
- 44.) Sim. Petr. Casjer de Fonte ex Domino Eni profluente irrigaturae vallum Sittim ex Joelis III. seu IV. 18.
- 45.) Doct. Henr. à Seelen de Peccatis edocis Musicam. Ezech. XLIV. 5.



iv.

idies





hocque de iis merito tuli iudicium: sunt populus, non fame, quantum in ipsis est, electus & dilectus, sed qui præter malitiam, in qua natura hærent, Jef. LIII. 6 toto animo, & destinate consilio errant, nec meliora sequi volunt: stolidus populus, qui vias meas, sive sanctissimæ voluntatis & legis, quam eis dedi, quin & maxime consilii eu- relici, viæ pacis. Jef. XXVI. 3. 7. Luc. I. 79. sive sin- issimæ circa eos providentiæ. Jef. LV. 8. 9. salutari- t par erat, ea, quæ justis convenit intelligentia non cognoverunt. V. II. Qua malitiosa indu- ignorantia, & quæ inde est, *aversio* morumque offensus, iusta mea ira stimulante iuravi, si in a perseverent, nec proxime terram occu- pat, sedesque in ea pacatas habituros, nec æterni batissimi populi Dei adhuc futuri Hebr. III. 7, 19. m adituros,

